Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Vita Jo. Reuchlini Phorcensis, Primi in Germania Hebraicarum Graecarumque, & aliarum bonarum literarum Instauratoris

Majus, Johann Heinrich

Francofurti & Spirae, 1687

VD17 VD17 39:121821K

Dissertatio Jo. Fechtii

urn:nbn:de:bsz:31-271802

Visual Library

# DISSERTATIO,
# JO. FECHTII,
TH. LIC. & PROF.

Sereniſs. Principi, Marchioni Badenſi & Hachbergenſi, à conſiliis Eccleſiaſticis, ſacrisq; Confeſſionibus & Concionibus Aulicis primariis, ad invitandos AUDITORES comparata.

*Poſtquam ſeculo à nato Servatore noſtro ſexto degenerare paulatim à priſtino nitore Eccleſia & obnubilari quibusdam doctrinæ eorumque maculis cœpit, bonarum quoque literarum & artium ſtudia, quæ naſcente Chriſto in ſummo vigore ſteterant, intercidere pededentim & vergere ad interitum viſa ſunt. Habuerant anteriore ætate Ec-*

clesiæ Occidentales, ( nam de his nunc
mo nobis erit ) viros, qui ſacris præera
non vitæ tantum ſanctimoniâ, ſed ex
etiam variarum rerum eruditione illuſt
Primo ſeculo Romani Epiſcopi literar
rudes non fuerunt, quamquam præter (
mentis Epiſtolam nihil ad nos devenerit,
de de tantorum virorum doctrinâ, qua
hiſtorici prædicant, judicare liceat. S
lo ſecundo Juſtinus, Philoſophus & M
tyr, itemque Irenæus, Lugdunenſis in (
lia Epiſcopus; tertio Minutius Felix
Lactantius Firmianus; quarto Julius
micus Maternus, Hilarius Pictavien
Ambroſius Mediolanenſis, Ruffinus A
lejenſis, & Aurelius Prudentius; qu
Maximus Taurinenſis, Paulinus Nola
Severus Sulpitius, Paulus Oroſius, Leo
gnus, Proſper Aquitanicus, Salvianus
ſilienſis & Gelaſius Papa, quantum a
ſacras præſidii atque ornamenti in omn
nere elegantioris literaturæ animis eorum
ſederit, extantibus ad noſtram ætatem
ptis luculenter demonſtrarunt. Quid
rò dicturi ſumus de illis Africanarum
tium doctoribus, ad quorum conſumma
in omni ſtudio doctrinam univerſus penè

ſtup

ſtupuit orbis; Quid de Auguſtino Hipponenſi, quem docti pariter indoctique, veteres & recentiores, quadam imitatione conſectari, pro ſolâ verâ ſolidâque gloriâ ducunt? Quid de Arnobio, Eloquentiæ apud Siccam Profeſſore, cui elucidando patrum noſtrorum memoriâ doctiſſimi totius orbis calculo viri, Theodorus Canterus, Godeſcalcus Stevvechus, Gebhardus Elmenhorſtius, & Deſiderius Heraldus, immortalem navarunt operam? Quid de Cypriano, ſupremâ martyrii coronâ inſignito? Quid de patrum latinorum principe Tertulliano, in quo illuſtrando ut ingenii ſui vires periclitarentur, ſummi viri, Beatus Rhenanus, Jacobus Pamelius, Nicolaus Rigaltius & Iſaacus Caſaubonus, operam ſuis nominibus dignam judicarunt? Quicquid illi poſteritati reliquerunt, id & argumentorum momentis & gravitate ſententiarum & rerum varietate & acumine judicii & dicendi nitidâ terſaque ſuavitate, Ciceronibus, Liviis, Tacitis, Plutarchis, maximis gentilium philoſophis, dubiam reddit palmam. Sed ſexto & ſequentibus ſeculis, poſtquam barbari in Eccleſiam irruentes indicere exilium literarum ſtudiis cœperunt, quamquam aliqui

*ſubinde è vulgo exeruerint caput, extiteri que vel ſanctitatis vel eruditionis laude c ſpicui, illam tamen prædeceſſorum ſuo gloriam, longo quaſi intervallo eosdem quentes, nunquam æquarunt. Gregori cognomento Magnum, vitarum Pontifi rum ſcriptor dilaudat, quod* uſque ad te pora noſtra neminem habuerit ex ſ ceſſoribus parem, nedum ſuperiore vel ſanctitate vitæ, vel diligentia in re agendis, vel doctrina & ſcriptis. *vero bonis literis & veterum lectione le tinctus eſt, quantum ille infra eorum ſpicaciam & ſubactum judicium ſubſi quantum ad Monachalem ſtyli aſperita accedat, ſine labore animadvertit. Se ſeptimo, qui formulas epiſtolarum & d matum, eo tempore in curiis & Eccleſiis tatorum,* à Marculfo, *Monacho Gallo, ſervatas, legerit, bellum eos latinita ipſo Latio dicet denunciaſſe. Cujus r ſpecimen aliquod exhibeam, commend tum ad Epiſcopum talis forma erat :* miniſcentes veſtram affectuoſam be tudinis charitatem, quâ tunc ob retri tionem æternam noſtræ extremitatis ſonolam, in intimis viſceribus, ac ſi t

æ dilectionis vinculo amplectabimini ſedulê. Quâ fiducia provocatus hos auſpices vilitatis noſtræ fidenter ad dignationem veſtram per gerulos præſentes deſtinare præſumpſi, per quos veſtræ almitati, ſi præſumptio non offendit, ſalutationum munia, ut decet, non arroganter, ſed humiliter deſtinare præſumo, quos ut commendentur in omnibus recipere dignetis, quæſumus oportunè. *Quis ſermonis hanc duritiem & ineptas planè ſordes non exhorreſcat? Nempe, ut* Hieronymus Bignonius, *doctiſſimus Marculphi interpres, ait,* mores illorum temporum etiam ſermonis inculta ruſticitas penitius oſtendit.

Seculo ſanè infeliciſſimo vixit *Marculfus*, quo omnes diſciplinæ & literæ penitus obrutæ & ſepultæ erant, adeò quidem, ut qui melioris doctrinæ quid attigiſſent, novæ alicujus & pravæ opinionis auctores, aut ut magi & malefici, damnarentur. *Vigebat illa barbaries ab ipſis Wandalorum & Gothorum temporibus per has Europæas plagas adeò, ut ante Caroli M. principatum ſeculo octavo in Galliæ regionibus* etiam inter ſummos pontifices vix aliquis negligentiâ præpediente reperire-

tur, qui urbanitate eloquii Synodales
tem valeret venuſtè exſolvere defini
nes; *ut teſtatur anonymus ſcriptor inedi*
*de miraculis S.Florentii. Idem in Hiſpa*
*profligati ſermonis ſtatus, ubi, teſtante*
*varo, Chriſtiani poſthabitis Scripturis ſ*
*ctis earumque interpretibus, Arabum, Ch*
*dæorumque libris evolvendis incumbente*
legem ſuam neſciebant & linguam p
priam non advertebant latinam, ita ut
omni Chriſti collegio vix inveniretur
nus in milleno hominum genere, qui
lutatorias fratri poſſet rationabiliter d
gere literas. *Denique in Angliâ* ante D
ſtanum ſacerdotem nullus epiſtolam
tinè ſcribere aut interpretari poterat,
*ſcribit Ælfricus, præfatione ad Gramm*
*cam Saxonicam. Eadem ætate Carolu*
*ad temporum caliginem diſcutiendam*
*jora eruditionis ſubſidia exoptavit. D*
*enim Monachus Sangallenſis*: Glori
ſimus Carolus per totum regnum ſu
ſtudia literarum florere conſpiciens,
ad maturitatem patrum præcedenti
non pervenire condolens & pluſqu
mortale laborans in hanc tædiatus voc
erupit: ô utinam haberem XII. cleri

a doctos, omnique ſapientiâ ſic perfectè inſtructos, ut fuerunt Hieronymus & Auguſtinus! *Ad quod Albinus Alcuinus*: creator cœli & terræ ſimiles illis plures non habuit, & tu vis habere duodecim? *æmulationem ſuam, ut vir doctus judicat, appoſito magis, quam ſufficienti reſponſo tegens bentem prodens? De Iſone iſto, S. Galli monacho, ſeculo nono, Joachimus Vadianus, apud Goldaſtum:* Non poteſt negari barbaries, quam redolent chartæ. Quæ quidem imperitia ſeculorum, an ſtudio magis ac veluti datâ operâ accidiſſe putandum ſit, non facile dixerim. Rudia fuere ſecula, rudes noſtratium ac prope elegantiæ omnis expertes animi. Sed videri poteſt propius ea ſecula intuentibus aliquid tributum vulgo & plebi fuiſſe, latinas literas utcunque noſcenti, nec niſi conſultò ineptitum à ſcribis, ut tot modis barbari & aſperi videri voluerint. *Viguit ſeculo cumprimis decimo* plebejus & ruſticanus ſermo, *cujus & Rhegino Prumienſis meminit, id eſt, latinus quidem nomine, ſed nec phraſi nec Grammatica emendatus, qui non tantum libellis vulgaribus, ſed ſcripturis etiam publicis ſeſe inſinuavit,*

*nec poterat, utcunq; doctiores nonnunqu*
*niterentur, eliminari. Adeò ſcilicet,*
*dice ſummo viro* Jo. Henr. Bœclero, *b*
*baries inveteraverat, ut exorientibus eti*
*melioribus ſtudiis ultrò inſtauraretur, in*
*quentibusque ſeculis per omnes ferè libr*
*veluti lolium tritico, adnaſceretur. Ca*
*Magni genere extincto, quod undecim*
*Chriſto ſeculo fuit, prope omnis eruditio*
*orbe eſt profligata, totisque annis quadr*
*gentis, ut ait præfatione ad libros de vi*
*ſermonis & gloſſematis latino barbaris* Ge
Jo. Voſſius, *delituit crudeli multata exi*
*Vix duos, vel neminem, dixeris, qui, q*
*Romanam quodammodo ſaperet dictionem*
*vel auderet, vel poſſet. Et quamquam d*
*decimo ſeculo Petrus Lombardus degener*
*tem à veteri puritate Eccleſiæ doctrinam*
*vocare in ordinem, edito ſententiarum li*
*inſtituerit, & decimo tertio Thomas Aqui*
*id inſtitutum incomparabili ingenio, ad*
*randaque doctrinæ ubertate, fuerit perſ*
*tus, præcipuè verò ſeculo decimo quarto,*
*perante Ludovico Bavaro, literarum ſtu*
*in Italiâ magis quam Germaniâ, redu*
*rit Franc. Petrarcha, plures tamen ſic o*
*priorum ſeculorum veterno premebantu*

*ut ad claram quantumvis ſolis lucem oculos tamen non attollerent. Qualis apud Ekehartum, illorum temporum ſcriptorem, viri eruditi eſt deſcriptio, talis & ipſa eruditio fuiſſe intelligitur. Ita autem ille de Salomone, Conſtantienſi Epiſcopo:* Erat homo, præter decoræ faciei dotem & ſtaturæ proceræ doctus & diſciplinatiſſimus, ſcribendi linguâ manuque artifex, lineandi & capitulares literas ritè caraxandi præ omnibus gnarus, ut in apicibus J. & C. longi Evangelii primis videre eſt, quas Epiſcopus, ut ajunt, probans, quid in talibus adhuc poſſet, lineans aurificabat. Metro primus & coram regibus plerumque pro ludicro cum aliis certator. Dicendi præter quod naturalis ei commoditas inerat, artifex erat. In Palatinis & Synodicis æquè valens conſiliis. In eo loco, quo Apoſtolus prophetas ponit, nemo nobilior illo, adeò ut rarò in gradibus ſtans orator ille vehemens auditoribus promptis lacrimas non eliceret. *Quod de pingendi ſcribendique artificio memorat, id intelligi poteſt ex ſcripturarum ſpeciminibus, ære ad autographa expreſſis, à* Joanne Mabillonio, *illuſtri de Re Diplomatica*

*opere ; cui viro & nonnulla ſupra à nobibus*
*allegata debemus. Quæ enim ex ſeculo ſetting*
*to Dagoberti, Clodovæi, Theoderici ; aqui*
*ſeptimo Childeberti, Chilperici, Pippinemi*
*ex octavo Caroli Magni ; ex nono Ludod ger*
*ci Pii, Lotharii, Caroli Calvi, Odonidem*
*Zuventeboldi ; ex undecimo Hugonis, Rian*
*berti, Henrici, Philippi ; ex duodecichol*
*Ludovici VI. & VII. ex decimo terQua*
*Ludovici IIX. & IX. & præter hæc qpeder*
*rundam Pontificum Romanorum, utpNum*
*Joannis V. Sergii I. Benedicti III. Nicoossit*
*I. Leonis IX. Paſchalis II. chartasque divuin*
*ſorum temporum Synodales, in iisqae ſuedar*
*ſcripta Epiſcoporum nomina, exhibet, ciri,*
*gantias arguunt, quales & galli gallinatola*
*pingunt, cum fimum pulveremque verreras r*
*inconditas inſulſasq; ſolo imprimunt figureſſi*
*Erat barbaries iſta ſeculo decimo quintoive*
*faſtigium quoddam deducta, regnabat lAn h*
*guarum omniū incredibilis contemptus, cliat*
*temptui comes ibat ſupina rerum inſcitiam*
*nec quidquam amplius ſcholæ crepabant pboſti*
*ter aptitudinabilitates, componibilitateſicu*
*paſſionabilitates, ſuſceptibilitates ; diſſecum*
*bant de dabilibus, verificabilibus, meliorè a*
*bilibus, de ſingularizationibus, effectuatus E*
*nibu*

*ibus, infinitationibus, conceptibilitatibus, ttingibilitatibus , dogmatibilitatibus ; quirebant ſubtiliſſimè in homineitates, emineitates, menſeitates, lapideitates, & d genus nominum rerumque portenta, quæ Democrito lacrymas, Heraclito riſum, Pri-iano lamenta cierent. Quærebatur in holis: quantum fuerit dolium Diogenis? Quanti conſtiterit clava Herculis? Quem edem Æneas prius poſuerit in Italiam? Num chimæra bombilans in mari comedere oſſit notiones ſecundas? Si aliqua ſtola ſit uintupedalis, & ponatur, quod una ejus edalitas vetuſtate conſumpta indigeat reſar-iri, & reſarciatur, ita ut ſit quidem tota tola benedicta, ſed ſi alio tempore alia pedali-as removeatur, & reſarciatur, & ſic ſuc-eſſivè uſque ad quintam pedalitatem inclu-ivè, an illa ſtola etiam tota ſit conſecrata? An homo ob id non habeat caudam, ne impe-diatur ſeſſio? An Lazarus teſtamentum ſu-um ſolverit reſurgens? An mus arrodens oſtiam ſit excommunicandus? An à ſacri-ficulo devorandus? An adorandus?* Græ-cum aliquid noſſe, fuit ſuſpectum, hebrai-cè autem, prope hæreticum: *ait Claudi-us Eſpencæus. Quemadmodum verò una*

*cum*

*cum doctrinæ puritate & bonæ literæ ſu*
*extinctæ, ut ſolida eruditio non jam decre*
*ta, ſed dixero moribunda, vel potius em*
*tua, magiſque cadaveri, quam vivo ſin*
*lis corpori fuerit: ita cum exoriente de*
*vo ſeculo decimo ſexto Evangelii luce li*
*rarum quoque & linguarum ſtudia cœpern*
*erigere caput & reſloreſcere. Anteibat*
*tem plenum ſolem,* LUTHERI & M
LANTHONIS *opera accenſum, vel*
*phoſphorus quidam,* JOANNES C
PNIO, *vulgò* REUCHLINUS,
*patria noſtra Pfortzheimenſis, vir ling*
*rum cardinalium, latinæ, græcæ atque*
*bræa, ad miraculum uſque peritus, cui p*
*inde, ut tricipiti cuidam monſtro, im*
*gnando, tota monachorum phalanges, b*
*bariem ſcilicet ſuam manibus pedibuſqu*
*ne ſolum vertere & è cœnobiis erumpere*
*ſet, vindicantes, vires ſuas explicaru*
*Sed ille, una cum Rodolpho Agricola,*
*jus veſtigia paulò poſt legebat admiran*
*ille toti orbi Eraſmus, triplici uſus ad*
*ſtaurandas literas præſidio, Typographi*
*Argentorati primum inventa, exilio Græ*
*rum, poſt expugnatam à Turcis Conſtanti*
*polin in Italia receptorum, & ſcholis tum*
*vi*

viter apertis, è quibus, velut ex emporio quodam, præclaras literarum merces in Germaniam importarunt, veræ literaturæ hoſtes magno animo aggreſſus, majori ſucceſſu dejecit, deque iis melioris mundi calculo immortali cum gloria egit triumphum. Dignus, quem grata celebret poſteritas, quem nos præcipuè, ejus cives, cum quibus communem nactus eſt patriam, ab oblivione aſſeramus & conſecremus templo immortalitatis. Id agere apud ſe conſtituit Vir maximè Reverendus & Excellentiſſimus, Dominus JO. HENRICUS MAJUS, templi in Urbe noſtra primarii, quod veteres S. Stephano dicarunt, Antiſtes & in illuſtri Gymnaſio Orientalium linguarum Profeſſor ordinarius, curis laboribusque egregiis & Eccleſiam & Scholam quotidie ſibi devinciens. Is cum Pfortzhemii natus eſſet, qua in urbe & primam lucem Heros ille, Capnio noſter, aſpexit, quamque Bibliothecæ ſuæ, inæſtimabilis præſertim theſauri, codicis S. S. Bibliorum Hebraicorum & vetuſtiſſimi & terſiſſimè in membrana ſcripti, hæredem eſſe voluit, non potuit, quin de concivis vita, rebus geſtis, functionibus, in remp. literariam

meritis,

*meritis, cum tenebroſo hominum gene*
*grege Scholaſtico, contentionibus, bell*
*victoriis, Orationem conſcriberet; qu*
*ex more Gymnaſii noſtri recitaturus eſt*
*lenniter, ad diem 23. Januarii. Eam*
*ſolitâ frequentia audiatis, quotquot ve*
*matis vel colitis literas, etiam atque eti*
*rogo. Perſcr. Durlaci. Die 19. Jan.*
*M DC LXXXIV.*



ORATI